Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporvm Non Tantvm, Eorvmqve Vicariorum munus; sed Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Medici.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10421

Visual Library

Tertiò, de quo metu debeat intelligi. Reſpondetur non de omni, ſed quando metus eſt cauſa principalis, ſine qua non fuiſſet contractum, nec emiſſum votum, vel profeſſio; ſecus verò, quando eſſet metus reverentialis ſolus, gloſſ. *in c. præſentes, in ver. addo tertiò*, ſed ſi comminationibus patris quis ſuſcepit habitum Religionis, ſufficit, Innoc. *in c. relatum, num. 3. de his quæ vi metuſve cauſa fiunt.* & metus gravis, & non levis, irritat utrumque matrimonium, ſpirituale & carnale, Covar. *de ſponſ. 2. p. c. 3. §. 6. num. 7.* & Caputaq. *de c. 221. p. 2.* dicit quando præceſſerunt verbera, vel minæ, tunc ſufficere metum reverentialem, Butr. *in c. 1, de ſponſ. impub.* Soto *lib. 7. q. 2. art. 1.* Navar. *loc. cit. num. 21. notab. 20.*

Quartò, metu mortis negans Chriſtum Dominum noſtrum inter Turcas, vel alios infideles, an ſit ſuſpectus de hæreſi, vel excommunicatus. Penga, *Schol. 22. & 42.* in Direct. inquiſit. dicit quod non, vide *ſuperius, in verbo, Caſus in quibus, § renegati, & § apoſtata.* & Afflict. *in conſti. Apoſtatantes, n. 6.*

MEDICI.

PRimò, Medici vocati ad infirmos, debent ante omnia inducere ipſos ad confeſſionem ſub præcepto peccati, valet conſuetudo in contrarium, *c. cum infirmitas,* & ibi Abb. *n. 1. & 7.* Bulla Pii V, *quæ eſt 3. f. 923.* cætera de Medicis, vide Navar. *c. 25. à n. 60. & infrà.*

Secundò, Medicus Principis vocatur illuſtris, ita Bar. *in l. 1. C. de comit. & Archiat.* Iaſon. *in rub. de procur.*

NEFANDUM CRIMEN.

CLericus committens nefandum crimen, pœnas quas pati debeat, vide Diaz *pract. Crim. Can. c. 20.* & alias impoſitas à Pio V. in Bulla relata à Navar. *in ca. 27. nu. 249.* & quomodo intelligatur illud verbum, *exercentes*, vide *ibidem*, & de pœna ipſo facto incurrenda in foro interiori circa beneficiatos, videto quæ dixi *in ver. Privatio, § in hac materia*, vide Afflict. *in Conſtitutione, Legum aſperitas, numero 10. cum ſeq. tit. de adulter.* vide Abb. *in c. Archiepiſcopatu, de rapt. nu. 1.* vide Prag. Regni, quæ eſt Ferdinandi, & incipit: *Hac lege noſtra perpetuo.* Boer. *Dec. 316.* Corn. *conſi. 77. lib. 2. lit. C.* vide Foller. *in d. Pract. num. 24.* vide Fabium de Mont. *in ſua Praxi arbitraria, 4. p. de crim. Sodomit. fo. 199.* & quid faciat indicium ad torturam, an ſola diſpoſitio patientis, vide Foller. *ubi ſupr. num. 57.* & Boſſ. *in tract. crim. c. de indic. ad tortur. num. 160. f. 108.* & in huiuſmodi crimine proceditur ex proceſſu informativo, Fab. de Mont. *nu. 503.* adeſt alia pragmatica in Regno, incipiens, *Congrandiſſima ragione*, edita per Card. Granvellanum.

NOTARIUS.

PRimò, quomodo probetur quem fuiſſe Notarium, & alia quædam de Notariis, vide Inno. *in c. veniens, de verb. ſignifi.* cætera de peccatis, & defectibus Notariorum, vide Sylv. *in ver. Tabellio*, & Nav. *ca. 25. à nu. 52.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN